

rio de Burgos.

En las *Coplas de la creación del mundo*, que atribuye al Marqués de Santillana D. Íñigo Lopez de Mendoza, D. Tomás Antonio Sanchez en el tomo I. de su preciosa *Colección de Poesías anteriores al siglo XV.* pag. XLIV. se lee de nuestro D. Alonso, segun un códice que posee D. Juan B. Muñoz, diligente cosmógrafo de In-
 las:

D. Sancho, que fué llamado el
Deseado,
 Fué Rey despues deste; mas poco duró.
 Tras quien D. Fernando su hermano
 reynó:

E luego otro Rey D. Alonso llamado,
 Aquel que en Alarcos fué desbaratado.

E fizo despues una cosa fermosa,
 De quando venció en las Navas de
 Tolosa,
 El qual en las Huelgas está enterado.

D. Francisco de Castilla en la
Práctica de las virtudes de los buenos Reyes de España, que va al fin de la *Tébrica de virtudes en coplas y con comento*, impresa en Alcalá en M. D. LXIV. 8. dice de nuestro Rey:

El Rey D. Alonso del nombre el
 Ochoavo,
 Que por cognomento llamamos el Noble,
 Cobró las coronas de palma y de roble
 Por su gran victoria y esfuerzo sin
 cabo:

Fuó premio del bueno y azote de pravo:
 De buenas costumbres, doctrina y pro-
 verbio:

Clemente al humilde, severo al so-
 berbio,
 Benigno á Christianos, con Moros muy
 bravo.

Vencida en Alarcos su seña real,
 Fundó por servicio del Rey de la
 gloria,

Con diez Monesterios de santa me-
 moria,

Las Huelgas de Burgos y el gran
 Hospital:

Y así confiando de Dios eternal

Envia su carta, y sale en desafío
 Al Rey de los Moros soberbio con brio
 De dalle aplazada batalla campal.

El Rey Agareno de medio construxo
 Su parque en un campo que dicen las
 Navas,

Cercado de recias cadenas y cavas
 Con toda la gente que de Africa truxo.
 Las armas Navagras nos dan su de-
 buxo

Ocho eslabones que Zúñiga quie-
 bra;

Do luego la turba de aquella tiniebra
 La luz de la gente Christiana retruxo.

Segun el Primado, que estaba pre-
 sente,

Y escribe la recta batalla de vista,
 Los Moros truxeron aquella conquista
 Por suma tres veces doblada su gente:
 Mas fué combatida tan asperamente
 Del Rey poderoso por su fortaleza,
 Que mas de doscientos mil Moros se
 reza

Que mueren á lanza y espada cor-
 riente.

Despues que de aquella victoria glo-
 riosa

Quedó dando gracias el Rey D. A-
 lonso,

Por veinte Christianos se dixo res-
 ponso,

Que mas no murieron por fé no du-
 dosa.

A Baños y Vilches, Ferral y Tolosa
 Ganó, y á Baeza, y á Ubéda llana;

Sin otros castillos y villas que gana
 Despues de seis meses, que mas no
 reposa.

Y así Don Alonso vencida la haz
 del Rey Agareno; tendidas sus señas
 Tomó Aznatarate, tambien Castro-
 dueñas,

Despues á Riopar y al fuerte Al-
 caráz:

D' allí por consejo discreto y sagaz
 Se torna á Castilla por dalle gobierno:

Si dexa de Moros poblado el infierno,
 Su alma en el cielo reposa con paz.

Cerramos aqui las notas para con-
 tinuarlas en el tomo II.

APEN-

APENDICES

A LAS MEMORIAS HISTORICAS

DEL REY D. ALONSO VIII.

LLAMADO EL BUENO Y EL NOBLE.

TABLA DE LOS APENDICES

- I. **D**E vita & gestis Alfonsi VIII. ex Roderico Archiepiscopo Toletano *de rebus Hispanie*. Pag. 1.
- II. Tratado apologetico en defensa de mayoría de la Reyna Doña Berenguela, por D. Antonio de Lupian Zapata. xxxiii.
- III. Berengariam Alfonsi VIII. Regis filiam natu majorem fuisse quam Blancam Gallie Reginam, probatur auctore Jo. Jac. Chiffetio in *Vind. Hisp.* xlviij. & in *XI. Lusine.* lii.
- IV. Compromissum Alfonsi Regis Castellæ, & Garcia Regis Navarrae, in quo constitunt omnium querelarum arbitrum Henricum Regem Angliæ. lxiij.
- Epistola Petri Blesensis Bath. Archidiaconi ad Henricum Regem, qua inter alia adesse nuntios Regis Hispaniæ commemorat antiquam inter Regna controversiam judicio suo submissuros. lxxv.
- Tenor instrumenti, in quo petitiones & allegationes nuntiorum nomine Regis Castellæ continentur. lxxvi.
- Tenor scripti, in quo petitiones & allegationes nuntiorum Regis Navarrae continentur. Ibid.
- Charta pacis & concordie facta inter Regem Aldefonsum de Castella, & Regem Santium de Navarra, in abbatia vocata Fiterium. lxxvii.
- Judicium sive arbitrium Regis Angliæ in causa prædicta de differentiis sibi compromissis per Reges Castellæ & Navarrae. lxxviii.
- V. Fundacion de la santa Iglesia Cathedral de Cuenca, y union de los Obispos de Valera y Arcábrica por el Papa Lucio III. á instancias del Rey D. Alonso VIII. lxx.
- Comision del Papa Lucio III. á D. Juan Yañez electo Obispo de Cuenca para la disposicion de la Iglesia Cathedral y otras de la ciudad, y ordenar los Canonias, Dignidades y Beneficios Eclesiásticos. lxxi.
- Institucion de Canónigos por el Obispo D. Juan Yañez, y donacion que les hizo en xxviii. de Julio de M. C. xxxiii. Ibid.
- Donacion del Obispo D. Juan Yañez á los Canónigos en xvi. de Enero año de M. C. xc. lxxii.
- Composicion entre el Obispo D. Juan Yañez y Cabildo de Canónigos con el Abad de Monsalud. lxxiii.
- Donacion del Rey D. Alonso á D. Juan Yañez y á los Canónigos en X. de Setiembre de la era M. cc. xxxiii. lxxiv.
- Donacion del Rey D. Alonso á los Canónigos de Cuenca en ix. de Abril año M. C. lxxxvii. lxxv.
- Donacion del Rey D. Alonso al Obispo D. Juan en xii. de Abril año M. C. lxxxvii. Ibid.
- Confirmacion del Rey D. Alonso el Sabio al Concejo de Cuenca de varias mercedes hechas por su bisavuelo D. Alonso VIII. lxxvi.
- VI. De pacto & amicitia quod Aldefonsus Rex Castellæ & Santius Rex Navarrae fecerunt super Alava & cetera castella. lxxviii.
- VII. Privilegio de D. Alonso VIII. por el qual manda que los bienes de los Arzobispos, Obispos, y demás Prelados eclesiásticos se reserven para el successor en la Dignidad. lxxx.
- VIII. Privilegio del mismo por el que señala términos á la ciudad de Plasencia, confirmado por D. Alonso el Sabio. lxxxiii.
- IX. Bula de Honorio III. confirmando la de Clemente III. por la que erigió en Cathedral la Iglesia de Plasencia. lxxxv.
- X. Epistolas del Papa Innocencio III.

sobre que se disolviese el matrimonio entre D. Alonso IX. Rey de Leon y Doña Berenguela, hija de D. Alonso VIII. por hallarse unidos en grado prohibido. Están dirigidas á los Prelados siguientes:

Zamorensi Episcopo. LXXXVI.

Dilecto filio fratri Rainerio. Ibid.

Fratri Rainerio. LXXXVIII.

Fratri Rainerio. Ibid.

Compostelano Archiepiscopo & universis Episcopis in Regno Legionensi constitutis. Ibid.

XI. Innocentii III. epistole. *Son sobre la guerra que emprendian D. Alonso y su hijo D. Fernando contra los Sarracenos: y están escritas á los Prelados siguientes:*

Archiepiscopis & Episcopis per Hispaniam constitutis. XCIII.

Archiepiscopo Toletano, & Tirasonensi, Colimbriensi, & Zamorensi Episcopis. Ibid.

Aldefonso illustri Regi Castellæ. XCIV.

Ferdinando primogenito illustri Regis Alfonsi illustri Regis Castellæ. Ibid.

Illustri Regi Castellæ. Ibid.

Senonensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. XCV.

Toletano & Compostellano Archiepiscopis. XCVI.

Supplicatio generalis. Ibid.

XII. Alfonsi Castellæ & Toleti Regis epistola ad dominum Papam. *Le da cuenta de la victoria conseguida de los Sarracenos en las Navas de Tolosa.* XCVIII.

Innocentii III. responsio ad illustrem Regem Castellæ. CII.

Fratri Arnaldi Narbonensis Archiepiscopi epistola ad Abbatem & capitulum generale Ordinis Cisterc. *Es sobre el mismo asunto.* CIII.

XIII. Historia de la gran batalla de las Navas de Tolosa que venció el noble Rey D. Alonso á los Moros, escrita por el Arzobispo de Toledo Don Rodrigo Ximenez. CVIII.

XIV. Testimonios de escritores coetaneos á la batalla de las Navas de Tolosa, y son:

Albericus Abbas Trium Fontium in *Chronic.* edit. Leibnitianæ pag. 460. ad annum M. CC. XII. CXXXI.

Magister Rigordus in *Gestis Philippi Aug. Francorum Regis inter Historiæ Francicæ scriptores* a F. Duchesne editos to. V. pag. 52. CXXIV.

Richardus de S. Germano in tom. III. *Italie sacræ* Ferdin. Ugheli pag. 972. Ibid.

Godefridus Monachus in *Amalibus inter Germanicarum rerum scriptores aliquot insignes* a Marquardo Frehero editos Francofurti M. DC. XXIV. fol. pag. 281. Ibid.

Monachus Rivipullensis in *Gestis veterum Comitum Barcinonensium & Regum Aragonensium* scriptis circa annum M. CC. XC. in *Marca Hisp.* Petri de Marca pag. 552. CXXV.

Chronicon Barcinonense I. & II. apud Henr. Florezium in *Hispania sacræ* tom. XXVIII. p. 324. & 328. Ibid.

Chronicon Burgense apud eundem tom. XXIII. pag. 309.

Annales Compostelani apud Enr. Florez tom. XXIII. pag. 323. Ibid.

XV. Trobas de M. Jayme Febrer que mencionan la batalla de las Navas. CXXVI.

XVI. Suma de la Crónica del Rey D. Alonso VIII. de Castilla, escrita por Fernan Martinez de Burgos. CXXXIX.

XVII. Discurso de Mondexar intitulado: *Desvanecimiento de la nueva pretension de los Reyes de Francia á la Corona de Castilla.* CXL.

XVIII. Declaracion de D. Fr. Melchor Rodriguez de Torres, Obispo de Rosen, cerca de la cantidad del santo Rey D. Alonso el Bueno, cuyas pruebas han pasado ante su Señoría por testimonio de Branlio de Lana. CLXXXV.

APEN-

APENDICES

A LAS MEMORIAS HISTORICAS

DEL REY D. ALONSO VIII.

LLAMADO EL NOBLE.

I.

DE VITA ET GESTIS ALFONSI VIII.

EX RODRIGO ARCHIEPISCOPO TOLETANO
DE REBUS HISPANIAE.

LIBER VII. CAPUT XV.

DE REGE ALDEFONSO, ET PERSEQUUTIONE,
quam in infantia toleravit, & nuptiis ejus.

Post obitum desiderabilis Sancii successit ei filius nomine Aldefonsus trimus, & patris privilegio amplectendus, æra millesima centesima nonagesima octava. Hunc genuerat ex Blanca filia Garsie Regis Navaræ. Hic ab infantia vultu vivax, memoria tenax, intellectu capax. Sed quia regnorum principia vix carent discordia etiam in adultis, multi de suis, qui ad discidia inhiabant, Fernando Regi Legionensi infantis patruo suaserunt, ut Regis pueri iniuria perturbaret. Qui continuo adquiescens aliquas civitates & oppida occupavit, ita ut ipse Rex parvulus quereretur. Causa autem hujus seditionis, ut dicitur, ista fuit. Cum desiderabilis Sancius pater ejus videret diem obitus imminere, vocatis magnatibus, mandavit omnibus, ut terrarum dominia, quæ ab eo tenebant

fendo temporali, usque annos quindecim retinerent, & tunc filio suo fideliter resignarent. Cumque puer Guterrio Fernandi de Castro a desiderabili Sancio fuisset commissus, & ipse post patris obitum custodia pueri diligentiam adhiberet, accesserunt ad eum Garsias Garsie de Atia, Comes Amalaricus, Comes Alvarus, Nuntius Petri de Lara: & hi tres ultimi erant fratres, filii Comitum Petri de Lara & Ave Comitissæ. Garsias Garsie erat frater eorum ex matre, & filius Comitum Garsie qui in bello Uclesii cum infante Sancio fuit occisus. Itaque omnes suaserunt Guterrio Fernandi de Castro, ut daret puerum Comiti Amalarico, qui erat potens & carus habitantibus Extrematuram, & sic posset terræ seditio complanari, & ipsi autem Guterrio Fernandi tanquam majori

1 Amalaricus toto hoc capite & seq.

2 Nuntius.

ri deferrent. Erat enim vir grandævus & honorabilis, qui etiam desiderabilis Sancii patris pueri curam habuerat, cum viveret Imperator. Hic dicitur fere quingentos milites manu propria acinxisse singulo militari, & habuit uxorem nomine Theodam, ex qua tamen prolem aliquam non suscepit, sed habuit fratrem nomine Rodericum Fernandi, qui fuit Calvus agnominatus. Hic habuit quatuor filios Fernandum Roderici, & Alvarum Roderici, & Petrum Roderici, & Guterrium Roderici, & filiam Sanctiam Roderici, quæ fuit uxor Alvari

Roderici de Guzman. Cumque Guterrius Fernandi adhibuisset fidem verbis Comitis Amalarici & fratrum suorum, eorum fidei commisit infantem, & infantem receptum Garsie de Atia tanquam majoris custodia commisit. Ipse vero cum esset simplex & rerum non providus dispensator, quasivit a fratribus unde pater de sumtibus providere. Ipsi vero gaudentes eo quod ad custodiam pueri anhelabant, dixerunt ei, ut se ab expensarum onere expediret, & traderet puerum Comiti Amalarico. Quod & ipse acceptans sumtibus caruit, & regimine & honore.

CAPUT XVI.

DE DISPENSATIONE MAGNATUM CASTELLÆ
super custodia Regis Castella, & de fuga ejusdem in Atentiam.

Cum vero Guterrius Fernandi percipisset hos fratres cum Rege parvo rebellare, juxta quod promiserat, petit ab eis restitui sibi Regem. Quem ipsi tamquam improvidum deriserunt. Cumque inter utramque domum, de Castro videlicet & de Lara, longa concertatio incidisset, multa hinc inde pericula, multa homicidia acciderunt, adeo quod hæc discordia occasionem præbuit Legionensibus prævalendi, in tantum quod & aliquam partem Castellæ & extremorum Dorii occuparent. Cumque Comes Amalaricus, & fratres sui sibi timerent, Regem puerum Sorie dimiserunt sub 2 fidei custodia in parochia Sanctæ Crucis. Inter hæc autem Guterrius Fernandi vitam finivit, & in monasterio Sancti Christophori de 3 Encis fuit sepultus, & Comes Amalaricus in continentem petiit terram a nepotibus Guterrii Ferdinandi, sed illi usque ad quintum decimum annum pueri juxta statutum Regis Sancii patris sui reddere noluerunt. Unde & ipsi corpus Gu-

terrii Ferdinandi inhumatum exhumantes, de proditione, nisi terram restituerent, 4 reputarunt. Sed nepotes ejus ab impetitione hujusmodi liberarunt dicentes, quod Rex ab ipso nunquam petierat terram suam. Unde jam mortuus non poterat criminari: & sententia curiæ absolutus propria restituitur sepultura. Cumque in nepotes ejus vellent objecti criminis infamiam retorquere, responderunt, se testamentali edicto Regis Sancii terram sibi creditam usque ad annos quindecim retinere, & tunc parati erant terram restituere Regi suo. His decertationibus inflammati terram Regis pueri cum deberent fideliter regere & tueri, incursionibus & cladibus affecerunt, & crescentibus malis, usque adeo res processit, ut Regi Legionensi fere totius regni, & etiam Toleti per duodecim annos solverentur reditus & tributis, & Comes Amalaricus ad tantæ necessitatis articulum fuit ductus, ut Regi Legionensi facere hominum cogereur de dando Rege pueri in vassal-

1 Dispensatione recte. 2 Fidei.

3 Encis vet. cod. 4 Reputarunt.

sallum. Cumque cum ipso Rege Soriam pervenisset, ut juxta hominum Regem puerum reciperet in vassallum, facto concilio Sorienti, illi, quorum fidei Rex tenellus fuerat deputatus, Amalarico Comiti sic dixerunt: *Liberum vobis damus, & liberum custodite*. Et tunc puer a quopiam concitatus in brachiis 1 Julii cepit flere, & in domum ducitur sub specie cibi dandi, ut sic a fletu cessaret, & puerum traderetur. Tunc Petrus Nunii de Fonte 2 Almixiri, miles strenuus & fidelis Regem puerum protexit sub cappa, & velocissimo equo insidens eadem die ad Castrum Sancti Stephani duxit eum. Cumque in concilio Sorienti Rex Legionis, & Comites & Barones varie pertractarent, & simulatum somnium Regis pueri spectarent, Rex Legionis de pueri percunctatur. Erat enim spectatione & desiderio fatigatus. Et dum quæreretur a pædagogico pueri, 3 quoniam esset, respondit: *Miles veni, qui cum duxit puerum presentandum*. Cumque Comites moram variis protractionibus procurarent, demum in civitate facta perturbatione non modica, ea conditione

a Rege patris recesserunt, ut sollicitè inquirent, ubi liber invenirent, puerum restituerent juxta pactum. Et ea nocte ad Sanctam Stephanium pervenerunt. Sed Comes Nunius quasi quæsitus puerum præcurrit, & inde assumpto puero, sequenti die Atentiam se recepit, & pacta & hominiam pro liberatione domini non curavit. Quæ audiens Rex Fernandus doluit reportans se delusum, & misit quemdam militem Comiti Amalarico, qui eum de infidelitate & perjurio appellaret. Qui attendens, pro liberatione domini naturalis quilibet faciendum, & tenellum dominum omnibus præponendum, nuntium, qui ad reptandum venerat, jocose delusum sine responso alio remisit. Tandem cum Rex Ferdinandus Comitem Amalaricum præsentialiter reptaret, Comes Amalaricus sic dicitur respondisse: *Si sum fidelis, aut proditor, aut alcovosus, nescio; sed quocumque modo potui, tenellum puerum dominum meum a servitute indebita liberavi, cum sim ejus domini naturalis*. Ad hæc omnium judicio est ab imposito crimine absolutus.

CAPUT XVII.

QUOD REX FERNANDUS OBTINUIT FERÉ
totam Extrematuram.

Occupavit itaque Rex Fernandus omnes civitates & castra & villas præter paucissimas, in quibus Rex puellus receptabatur aliquando minus tute, & qui adhuc a mammillis nutricia parvulus dependebat, ætatis gratia favorabilis, naturæ beneficio innocens, patris privilegio amplectendus, futurorum indicibus observandus, quasi jam reus, vel nocens ad mortem quæritur, quasi non verus heres exheredatur, quasi non filius primo-

genitus Imperatoris, qui debebat esse heres ex integro, a patrimonio effugatur. Quid mali fecit, qui loqui non poterat, qui nec statum suæ infantie agnoscebat? nisi hoc dignum persequitione dicatur, quod quidquid possibilitati illius ætatis suberat, hoc in puero bonorum præragis monstrabatur, quæ omnia processus infantie jam in pueritia levitatis puerilis ignara successione temporum mirabiliter co-

1 Altec homilli: lege Bajuli ex cod. scripto.

2 Almixiri. 3 F. Quam isseet vel puer quon. isseet

lebat. Quæque in aliis principibus vix ætas etiam operatur, injusto gratia superabat. Itaque puerorum ludrica virtute transcendens, & bella plurima contra patrum peccenter exercuit, & munitiones plurimas immerito perditas merito recuperavit, faventibus sibi Amalario & Nunio Comitibus, & plurimis magnatibus, qui toto tempore vitæ suæ ei inseparabiliter & fidei inter adhererunt, qui etiam cum præcæcis humeris & brachiis natterunt. Nec etiam fuit locus vel civitas, licet Regem Fernandum prædicis de causis

stulta vulgi mobilitas sequeretur, in quibus aliqui saniori & fideliori mente præditi Regi puero non faverent. Unde & quidam ex eis persequutionem & damna a Fernando Rege & suis complices pertulerunt, & ipsi magis elegerunt cum vero domino fideliter exulare, quam fide lesa utilitatis causa indebito principibus obedire. Horum nomen & genus etiam hodie habetur in omnibus regni finibus gloriosum, remuneratione plenum, opprobrio vacuum, potentia sublimatum, familiaritate regia honestatum.

CAPUT XVIII

DE COMMENDATIONE FIDEI SEU FIDELITATIS.

Quid fide gloriosius? impossibile est enim Deo placere quempiam sine fide. Si prima gratia in justificatione impii fides a Theologis prædicatur, per hanc damnatus homo gratia redonatur. Quid fidelitate potius appetendum? Cum enim sit utilis & honesta, sine hac Deus, qui omnia potest, noluit mundum regi, quia si hæc periret, homo homini non subesset, nec quisquam ab alio tutus esset, & convictus inter homines non adesset; sed nec quisquam sufficeret sibi solus, & ita congregatio hominum deperiret: igitur cuncta pro nihilo facta essent. Fides itaque sit prævia omnibus, per quam quilibet Deo placet, qui est dominus dominorum: fidelitatem etiam circa inferiores tamquam pupillam oculi inviolatam custodiat & illesam. Numquam enim hereditatis ejus tuta possessio violatur, & ejus negotiatio numquam mercede fraudatur. Non est in ea labor sine præmio, nec est timor sine adjutorio: oculi ejus securi, frons velari nescia non indiget velamento, tuta in occulto, ² gloriosa in publico, jucunda inter amicos, nobilis inter odiosos, probis infesta,

¹ Nullus esset.
² Tuta in publico.

laudibus gratiosa, ab omnibus acceptatur, etiam ubi displicet, approbatur. Sed & vitiorum monstra cætera fidelitatem abnuens, quam in se renuit, in aliis concupiscit: dignitate enim humanæ naturæ conspicua non pro no, sed vultu incedit erecto, & terras dedignata similis caelestibus invenitur. Quiescit securitate conscientie, roboratur spei magnitudine, tota pura, tota desiderabilis, tota utilis invenitur. Hanc exquisivit a juventute sua Aldefonsus desiderabilis Sancti filius, qui cum esset parvulus, ut dictum est, & fere regno privatus, suorum fidelitate & industria recuperavit perditam, acquisivit non habita, reddidit deserta, donec jaceret fundamenta urbium, & erigeret excelsa turrium, & ruinas a sæculis repararet. Proficiebat enim apud Deum & homines sapientia & ætate. Persequentium manus evasit suorum solertia liberatus. Tandem etiam Toletum obtinuit, quam ³ duodecim annis occupaverat Rex Fernandus. Persequutus est persequutorem, & quem injuste senserat hostem, sæpe persequutus est fugientem. Omnia enim quæ

per-
¹ Toletum XII annis sub Rege Legionensium, quod videtur ex scripturis vetustis falsum.

perdiderat, acquisivit, & etiam Infantatium, quod sub dubio vertebatur. Exiit eum Deus altissimus, & magnificavit eum creator ipsius, donec stabiliret illi solium gloriæ & exaltaret ei diadema victoriæ. In fraude circumventium illi affuit, & honestum gloria fecit illum, custodivit eum ab inimicis & seductibus tutatus est illum, & dedit illi certamen, ut vinceret, & scriberet quoniam omnipotens regit Reges, & per eum principes tenent terram. Obtinuit itaque omnia quæ fuerant patris sui.

CAPUT XIX.

DE REGE FERNANDO LEGIONENSI

filio Imperatoris.

Nunc a prosecutione propositi aliquantulum divertentes, Regis Fernandi magnalia prosequamur. Fuit autem Rex iste Fernandus pius, hilaris, liberalis, strenuus, benignus, & in præliis fortunatus, erga religiones & ecclesias sic devotus, ut eis fere omnia regalia largiretur, quæ tamen filius ejus postea revocavit; & adeo communis omnibus habebatur, quod, tamquam regularis, in mobilibus fere proprium non habebat; & quamvis industria ¹ immoratus, plus favore quam timore ab omnibus amabatur. Et accepit uxorem Urracam nomine, filiam Regis Portugaliæ Aldefonsi, ex qua sus-

cepit filium nomine Aldefonsum. Rex igitur Fernandus, licet generi Regi Portugaliæ pacificus raro fuit. Unde ad consilium cujusdam ² Vernali qui a Rege Portugaliæ læsus effugerat, locum optimum populavit, qui dicitur Civitas Roderici, ex qua Portugaliæ intulit multa mala. Populavit etiam Letesiam in territorio Salamantino, & Granatam in territorio Caucensi, Beneventum, & Cojancam, quæ nunc Valentia dicitur, in diocesi Ovestriensi, Villarepandum, Mansellam, & Majoricam in diocesi Legionensi, Castrum Toraph in diocesi Zamorensi.

CAPUT XX.

DE BELLO EJUSDEM CUM SALAMANTINIS.

Cumque Salamantina civitas ceteras regni urbes & habitatoribus & terminis superaret, indignati civis eo quod Rex eorum terminos decurtabat, contra Regem, faventibus sibi Abulensibus, seditionem moverunt, & in valle Muzæ pariter congregati cum duce quodam: qui Murionem Ravia dicebatur, cum Rege Fernando prælium inierunt, & præter spem omnium victoria Regi provenit, & duces, quem sibi ³ fecerant, Murionem Raviæ vivum cepit, quem capi-

pitali sententia condemnavit. Et sic, majoribus sibi faventibus, quorum sententia principio non potuit prævalere, vim vulgi multitudine faciente, demum experti præsumtionis flagellum, & potentia minorati, nunc suis majoribus & suo principi pro venia supplicabant, & sic Rex victor civitatem, ut voluit, subjugavit, majoribus, qui sibi faverant, honoratis. Post hæc Rex Fernandus corpus Regis Ranimiri Istriæ sepulchrum Astoricam transtulit & in cathedrali Ecclesia sepehavit.

CA-

¹ Minoratus. ² Vernali vet. cod. f. vernalis. Sed infra XXIV. ³ Træfecerat.

CAPUT XXI.

DE SECCURSU CIVITATIS RODERICI.

ERat autem tunc temporis vir nobilis, de quo diximus, ex Castellanus Roderici agnomine Castellanus, qui postquam feuda, quæ tenebat, Regi restituerat Castellano, recesserat a Castella, & transiit ad Agarenos, & cum eorum maxima multitudo ad civitatem Roderici venit festinus, ut præcuparet locum & incolas improvisos. Sed dicitur Sanctus Isidorus custodi sacrorum suæ ecclesiæ adventum prædicti principis & Arabum revelasse, ut ipse Fernando similiter revelaret: & Rex Ferdinandus audiens egit gratias, in conti-

nenti properans ad subsidium obsessorum. Sed quia civitas nondum erat muris munita, populatores quadrigas & scrinia, dolia, arcas, & lectos, & lignamina omnia in circuitu posuerunt, quibus usque ad adventum Regis hostibus institerunt. Rex autem veniens invictus animo confisus in Domino, & oraculo confortatus, cum obsessoribus concertavit, & maxima eorum multitudine interfecta, quæ vix poterat numerari, alios egit fuga, alios retinuit in captura: & munita civitate Roderici, quæviit terra a præliis diebus multis.

CAPUT XXII.

DE BELLO FERNANDI RODERICI.

ET Rex Ferdinandus optans strenuorum, de quo diximus, revocavit. Sed idem Ferdinandus quiescere nescius cepit invadere Castellanos, & in Campis Gotthorum, in loco, qui dicitur Lubricale, pugnavit cum Comitibus Castellanis, & socerum suum Osorium Comitem, qui debebat tunc temporis in Castella, & Alvarum Guterrii fratrem Roderici Guterrii interfecti, & multis aliis fugatis, captivatis & interfectis, Comitem Nunium & Rodericum Guterrii captivavit, qui tamen postea recepto revertendi hominio, taliter discesserunt, ut Comes Nunius statuto tempore, & Rodericus Guterrii postquam sepelisset Alvarum Roderici, se restituerent captioni. Sed cum Rodericus Guterrii esset sagax, fratrem suum in sarcophago posuit, & tamdiu distulit sepelire, donec Ferdinandus Roderici vitam finivit. Et sic fuit a captivitate hominio liberatus. Comes autem Nunius die & loco quo redire debe-

bat, assumtis secum sexcentis militibus, venit Donias, & in præsentia omnium Fernandi Roderici obtulit se captioni dicens coram omnibus: *Ecce adsum, & juxta conditum me recipite in captivum.* Sed cum Fernando Roderici non esset facultas sexcentis militibus resistendi, nemo manus in eum injecit. Et Comes Nunius protestatus coram omnibus captivitati se tempore placiti obtulisse, abiit liberatus, & sic sollicitudo delusa est captivantis. Occiso autem Osorio Comite, Ferdinandus Roderici filiam ejus, quam in uxorem duxerat, dereliquit afflicte addens afflictionem, sed ipsa nupsit Petro Arizæ, ex quo genuit Rodericum Petri de Villa Luporum. Et post paucos dies Rex Ferdinandus sororem suam ex patre, nomine Stephaniam, ei matrimonio copulavit, ex qua suscepit idem Ferdinandus filium Petrum Fernandi, qui fuit postea magnus, & coram Regibus honoratus.

CA-

1 Ut & ipsa Regi Ferdinando. 2 Vet. cod. h. maximè habetur hic, & in aliis plerisque locis.

CAPUT XXIII.

DE VICTORIIS REGIS FERNANDI,
& morte ejus.

Aldefonsus autem Rex Portugalliæ dolens quod Rex Ferdinandus edificaverat civitatem, misit exercitum eum filio suo Sancio primogenito contra eam. Sed quia Rex Ferdinandus a Rege Castellæ infestabatur, diviso exercitu partem reliquit, quæ occurreret Castellanis, partem duxit contra exercitum Portugallis, & occurrit filio Regis Sancio venienti in termino civitatis, in loco, qui dicitur Arganale, & conserto prælio, Regi Fernando victoria, Portugallensibus cessit fuga; & multis occisis, multisque fugatis, ceteri Regis clementiæ se dederunt, quos non ut victor evertit, sed ut clemens abire permisit. Rex autem Portugalliæ indignatus cepit Gallæciam infestare, & occupavit totam Linciam & Turonium, & alia multa loca. Deinde congregato exercitu, Badalocium est aggressus, quæ in divisione acquirendorum provenerat Regi Fernando. Cumque super hoc nuntius advenisset, Rex Ferdinandus congregato exercitu bellum intulit Aldefonso, & cum succumberet exercitus Portugallis, Rex eorum confugit ad eam, de qua agitur, civitatem, jam enim fere duas partes occupaverat civitatis, Agarenis in arce conclusis. Sed nec ibi quidem se tutum existimans, dum per portam effugeret civitatis, quæ pessulo ferreo claudebatur, impedit ad pessulum, & crure confracto, vix in equo poterat residere. Unde & illico fuit captus, & Regi Fernando satis miserabilis presentatus. Quem benigne suscipiens Rex Ferdinandus juxta se in consensu regio collocavit. Sed Rex Portugalliæ gravis discriminis attendens statum, confessus est, se Regem Ferdinandum indebite offendisse, & pro satisfactione

regnum obtulit & personam. Sed Rex Ferdinandus pietate solita mansuetus, suis contentus Regi Portugalliæ sua remisit. Tunc restituit rex Aldefonsus Regi Fernando Luniam & Turonium, & cetera, quæ suæ fuerant ditionis, & dimissus ad propria est reversus, nec propter læsionem tibie potuit postea militare officium exercere. Rex autem Ferdinandus cum iterum Badalocium obsideret, egressi ad eum Agareni ab arce se ei cum præsidio tradiderunt, quorum hominio & fide susceptis, præfecit eis quemdam Arabem, qui Abenabel dicebatur, cujus fidei commisit custodiam civitatis. Sed Rege ad patriam redeunte, prædictus Arabs oblitus fidei continuo rebellavit, & Amiramomenino se tradens Regem Ferdinandum postea graviter infestavit. Arabes autem attendentes Regem Aldefonsum debilitate, qua diximus, præpeditum, eundem in Castro Sanctæ Irenææ congregata multitudo obsederunt. Quod audiens Rex Ferdinandus, in succursum ejus celeriter properavit, & ejus adventu territus Rex Aldefonsus timuit, ne ad vindicandas injurias adveniret; sed cognita veritate egit gratias, ut debebat. Agareni autem Regis Fernandi presentiam non ferentes ab obsidione continuo recesserunt. Et Rex Ferdinandus ad regnum rediens disimittit Urracam uxorem, quia eum consanguinitatis gradu tertio attingebat, & duxit uxorem Tarasiam filiam Comitis Fernandi, quæ fuerat uxor Comitis Nunii de Castella. Et, ea mortua, duxit Urracam filiam Lupi Comitis Najarensis, ex qua suscepit duos filios Sanctium & Garsiam, quorum uterque experts proli vitam finivit. Ceterum Rex Ferdinandus annis triginta uno in regno fe-

li-

liciter consummatis, obiit Beneventi juxta avum suum Comitem Raimundum & Imperatricem Berengariam matrem suam.

CAPUT XXIV.

DE REGE ALDEFONSO ET EJUS MILITIA
& filiis.

Mortuo Rege Fernando, successit ei filius Aldefonsus. Hic fuit homo pius, strenuus & benignus, sed successio vicissitudine mutabatur, & a consobri suo Aldefonso Rege Castellæ, & Sancio Rege Portugalliæ infestatur circa principium regni sui venit ad Regem Castellæ, & in curia Carrionis accinctus ab eo cingulo militari, manum ejus fuit in plena curia osculatus; & in eadem curia Rex Castellæ nobilis Aldefonsus Conradum filium Frederici Imperatoris Rom. accinxit similiter cingulo militari, & ei filiam suam primogenitam Verengariam desponsavit. Sed ipso Conrado in Teutoniâ revertente, prædicta domicella desponsationi continuo contradixit, & per Gundisalum Toletanum primate, & Gregorium S. Angeli Diaconum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum divortio celebrato, puella Verengaria mansit innupta. Et sic ad tempus quævit terra pace amicabiliter reformata. Sed quia, ut diximus, avariculariorum susurris ad varia trahebatur, eorum consilio duxit Tarasiam filiam Sancio Regis Portugalliæ in uxorem, licet essent consanguinei in secundo gradu, ex qua suscepit Sancio & Fernandum, qui fuerunt mortui sine prole, & aliam filiam, quæ Dulcis dicitur, & adhuc vivit. Et in odium Regis Castellæ fuit hoc contubernium procuratum: suggerentibus enim suis vernulis, dolebat se a Rege Castellæ recepisse cingulum militare, & tamen ab illa uxore fuit judicio

ecclesiæ separatus. Demum inter ipsam & Regem Castellæ guerris & vastationibus perpetratis, duxit uxorem dominam Verengariam Regis Castellæ filiam, de cujus virtutibus post dicemus, & suscepit ex ea filios Fernandum, cui Castellæ & Legionis prænomen postea principatus, & Aldefonsus: & duas filias, Constantiam, quæ fuit in Burgensi monasterio monialis, & Verengariam, quæ nupsit Joanni de Brena, qui ex parte uxoris, quam habuerat, Hierosolymitani regni ad tempus negotia ministravit. Postea vero filiam suam, quam ex prædicta Verengaria susceperat, Baldovino Imperatori Constantinopolis desponsavit; & quia idem Baldovinus adhuc puer a Græcorum incursibus non poterat Imperium defensare, sedes Apostolica Joanni dicto Regi commisit Imperium toto tempore vitæ suæ, & sic fuit deinceps Imperator, & uxor ejus Verengaria Imperatrix. Quibus defunctis, Baldovinus cum uxore sua Maria in Imperii culmine dominantur, & Dominus custodiat eorum statum. Rex autem Aldefonsus & Regina Verengaria, susceptis filiis supradictis, propter consanguinitatem fuerunt ab Innocentio Papa tertio separati. Et postea inter Reges guerræ & vastationes vix aliquo tempore cessaverunt, Rege tamen Castellæ in omnibus prævalente, & de regno alterius castra & plurima occupante: sed tamen nec sibi, nec filio, sed nepoti Fernando omnia adquirebat.

CA.

1 Susurrium. 2 Primordia. 3 Berengariam.

4 Constantiniam.

CAPUT XXV.

DE ACTIBUS ALDEFONSI REGIS LEGIONENSIS.

VERum in senectute positus Rex Legionis actus suos Domino dedicavit, & Arabibus movit guerram, & obtinuit ab eis Moram Angii, Emeritam, Badalocium, Alcantaram, atque Caceres. Populavit etiam Salvam Leonem, Salvam Terram, & Sabucal, & alia plurima loca, per quæ regni terminos ampliavit: & confixit etiam cum Auhenhulio industrio Sarraceno, qui nuper expulsi Almodahis Vandalis usurpaverat monarchiam. Sed bello subactus Aldefonso Regi prope Emeritam dedit terga, & victa Emerita dedit manus. Mortuus est autem in Villa nova de Sarraria æra millesima ducentesima sexagesima octava, & in ecclesia Beati Jacobi requiescit. Et reliquit duas filias Sancio atque Dulcem, quibus etiam successionem regni legavit. Sed quia

omnes regni nobiles tam de civibus, quam de aliis olim filio suo Fernando juraverant, non potuerunt regnum filio tenere. Sed aliquantis discidiis profectis, & civitatibus & nobilibus in studia separatis, nobilis Verengaria Regina Castellæ interposuit partes suas, & sic omnes gratiæ solertia dulcoravit, quod licet infantes quam plurimos fautores haberent, & munitiones & castra quam plurima in omnibus fere regni finibus possiderent, ad hoc infantes, & matrem eorum Reginam Tarasiam necessitate induxit, ut ejus gratiæ se sponderent. Unde paternæ largitatis in omnibus imitatrix curialitate sua, ut infantes coadjuvarent, magno reditus fecit a filio assignari: & sic obtinuit pacifice regnum patris æra millesima ducentesima sexagesima octava.

CAPUT XXVI.

DE INSIGNIBUS NOBILIS ALDEFONSI,
& captione Conchæ.

Nunc ad Aldefonsi Regis historiam revertamur. Licet igitur fidelitate suorum regni perdita reparasset, tamen semper fuit a patruo infestatus. Post hæc Rex nobilis Aldefonsus guerram habuit cum avunculo suo Sancio Rege Navarra, & evicit ab eo Lucronium, Navarretum, & Antilenam, Grannonem, Cesareum, & Birvescam, & fere omnia usque Burgis, quæ idem avunculus in ejus infantia occupaverat. Post hæc orta est dissensio inter eum & Regem Aragonum Aldefonsum, & abstulit ei nobile Castrum quod Ferriza nuncupatur, per industriam no-

bilis viri, qui Nunio Sancio dicebatur, qui cepit Castrum, & dedit illi nobile Regi Aldefonso. Post hæc autem virtute altissimi roboratus convertit manus ad infideles, ut bella fidei exerceret. In manu robusta vastavit eos, & in cordis magnificentia coegit eos: succendit ignibus civitates, & succidit viridia deliciarum: replevit terram timore suo, conclusit Arabes adventu suo, destruxit munitiones insidiantium, & fidei terminos dilatavit. Obsedit Concham munimentum Arabum, & laboribus pluribus arctavit eos: exstruxit in gyro plures machinas,

1 Caceres. 2 Hæc unciis inclusa abundant ex vet. cod. 3 Ahenbur. 4 Vet. cod. Pandalia. 5 Absunt hæc usque ad finem capituli in

Tolet. scripto codice.

6 Arce. 7 Infantis filii, quoad viverent.

8 Ferriza, forte Fariça aut Hariza.

nas, nec die, nec nocte pepercit eis; & cibus & victus defecit ei, sed cor regium confortavit seum; neglexit delicias sedentes, & zelatus est nomen gloriæ: loqumitas sua glorificavit eum, & regalis constantia direxit eum, donec concluderet obsessos in arcto, & hostis clementiam implerent. Miserunt legatos ad Almo-hades, verba doloris ad gentem Almo-hades. Induratus auditor conclusit aurem, & suum auxilium denegavit; timor belli confudit eum, & odor belli terruit eum: fama Regis conclusit mare, & nomen ejus conspexit transeuntes, donec reddita est ei munitio Conchæ, & turres ejus subditæ ei: rupes ejus factæ sunt perviæ, & aspera ejus in planicies. Possedit etiam post labores multos, & extruxit eam in urbem regiam. Posuit in ea cathedram fidei, & nomen Præsulis exaltavit in ea: congre-

gavit ibi diversos populos, & univit in populum magnitudinis: statuit in ea presidium fortitudinis, & regiam decoris honestavit in ea. Dedit ei aldeas subjectionis, & pascuis libertatis delitavit eam: ampliavit in alto muros ejus, & vallavit eam munimine tuto: crevit in urbem multitudinis, & dilatata est in terminos populorum. Miratur eam antiquus incola, & in aspectu ejus formidat Arabs. Munitio ejus in rupibus ejus, & abundantia ejus in decursibus fluviorum: gloria ejus in principe suo, & sanctimonia ejus in cathedra dignitatis: delicia ejus in pascuis gregum, & copia ejus in pane & vino. Recole, Concha, dies principis, & in memoria ejus exhiara faciem: nomen ejus in laudibus tuis, & gloria ejus memoriale tuum. Addidit protectionem terminis tuis, & dilatavit jurisdictionem cathedræ tuæ.

CAPUT XXVII.

ITEM DE MAGNALIBUS ET PIIS OPERIBUS
nobilis Aldefonsi.

Coepit Alarconem in rupibus semipiternis, & firmavit seras defensionis: aldeis multis dotavit illum, ut abundaret in eo incola fidei: constituit fortes in munimine, ut esset Alarconem via necis; cæserta apte replevit gentibus, & in via tutatus est habitatores: alcarias rupium domuit in pascuis, & duritiam illicis convertit in vias. In Uclesio statuit caput ordinis, & opus eorum ensis defensionis. Persequitur Arabum moratur ibi, & incola ejus defensor fidei: vox laudantium auditur ibi, & jubilus desiderii hilarescit ibi. Rubet ensis sanguine Arabum, & ardet fides caritate: mentium execratio est cultori demonum, & vita honoris credentium in Deum. Ripam Tagi replevit habitatoribus, & incolis defensionis saltus Oceanicæ.

Obtulit excelso terram illam, & militiæ Sancti Jacobi dedicavit eam. Rupes Aureliæ univit ei, & presidium more subjecit illi, ut dedicaret terram sanctimonie, & particeps fieret religionis. Desiderabilis Sancius pater ejus dedit Fiterio Calatravam, Aldefonsus nobilis consummator eorum: suscepit militiam; contemplatio, & egressus fratrum a Fiterio. Rex Aldefonsus educavit eos, & possessionibus pluribus ditavit eos. Zuritam & Almochariam, & Maqedam, Acecham, & Cuculutum obtulit eis, & sustulit sarcinam pauperum, & superaddidit divitias competentes. Multiplicatio eorum corona principis. Qui laudabant in psalmis, accincti sunt ense, & qui gemebant orantes ad defensionem patriæ, victus tenuit pastus eorum, & asperitas lanæ

* Hostes. 2. Lem.

3. Castellana. 4. Maqedam.

tegmentum eorum: disciplina assidua probat eos, & cultus silentii committitur eos: frequens genu flexio humiliat eos, & nocturna vigilia mace-

rat eos: devota oratio erudit illos, & continuus labor exercet eos. Alter alterius observat sentias, & frater fratrem ad disciplinam.

CAPUT XXVIII.

DE POPULATIONE PLACENTIAE, ET EXERCITU
Martini principis.

Convertit manum ad novitatem operum, & ædificavit de novo civitatem gloriæ: statuit in ea presidium patriæ, & nomen ejus vocavit Placentiam. Convocavit populos in urbem novam, & exaltavit ibi titiam Pontificis. Sacerdotio legis ordinavit eam, & dilatavit terminos ensis sui. Toletanam urbem vallavit castris, & territorium ejus replevit populis. In dioecesi ejus extruxit oppida, & religionem fidei locavit in eis: magnificentia suæ addidit opus, & ædificavit Alarcuris vallem sanguinis. Judicia Dei abyssus multa, & ignota filius hominum: judicium Dei super opera ejus, & sententia cæli in agmen illius. Commovit arma in Regem Africæ, & provocavit cito gentem Arabiæ: populus ejus instauravit acies,

& arma potentie direxit in Mauros: exercitus ejus transivit Bætim, & dux ejus Præsul Toleti. Magnates regni in consiliis Præsulis, & exercitus omnis sub præsule dignitatis: nomen ejus Martinus Magnus, & genus ejus a Piatorica: honor gentis vita ejus, & stola ejus diadema ecclesiæ: sapientia ejus pax multorum, & lingua ejus informatio disciplinæ: manus ejus ad subsidium pauperum: & cor ejus ad compassionem humilium: cingulum ejus zelus fidei: & arma ejus ad persecutionem blasphemæ. Agmen omne ad nutum illius, sanguis Arabum in conspectu illius. Regio Bætica flammis succenditur, & factum Præsulis prosperatur; processit enim per castra Bæticæ, terras & oppida succendendo, feliciter autem ad propria est reversus.

CAPUT XXIX.

DE BELLO ALARCURIS.

Substannavit eum blasphemia Africæ, & incanduit ira Arabum. Joseph Masemutus regnabat in Africa, & genus Almohadum caput gentis. Surrexit Princeps in multitudine magna, & variis vocibus replevit campestris. Parthus, Arabs, Afer, Aethiops, Almohat, & de claris montibus in exercitu ejus, & Valds Bæticæ ad nutum illius transivit Tyrrenum in stricto Hispalis, & undas maris calcavit triceribus. Exercitus ejus innumeralis, multitudo illius ut arena maris.

Applicatio ejus ad Hispalensem metropolim, & processus illius ad campestris Cordubæ. Firmavit vultum versus Alarcuris, & faciem indignationis ad regnum Toleti. Plana Tolosæ nudavit pascuis, & scopulorum sentas ampliavit unguis: transivit montis supercilia, & in multitudine nimia siccavit rivus: fama volatilis perfudit sæcula, & celer rumor pulsavit Hispaniam. In auditu nuntii lætati sunt multi, & adventus hostium provocavit plurimos. Ignorat homo

* Oraculis hieram vet. cod. 2. Exercitus ejus.

3. Fundalus.

viam altissimi, & filii Adæ consilia celsi. Cumque congressi fuissent exercitus, succubuit exercitus christianus, & nobilis Rex a suis valenter eductus a bello, subrum industria est salvatus, licet ipse mori potius eligeret,

CAPUT XXX.

DE DISCIDIO REGUM LEGIONENSIS
& Navarrae Rege Aldefonso nobili.

Cum autem Aldefonsus Rex Legionis, & Sancius Rex Navarrae venire in auxilium ad bellum Alarcuris simulassent, & etiam ad regni Castellæ confinia pervenissent, audito, quod in prædicto bello non bene successerat, a proposito destiterunt; & Rex Navarrae, qui jam ad regnum Castellæ pervenerat, retrocessit. Rex Legionis pervenit Toletum, ubi paucis diebus cum Rege nobili commoratus ad terram rediit Legionis, & post modicum temporis intervallum ambo regnum Castellæ hostiliter invaserunt. Sed Rex Legionis Arabibus fœdere sociatus, multis ex eis secum ascitis, regnum Castellæ per campos Gothicos est ingressus diruens, diripiens, & devastans: & Rex Navarrae ex alia parte devastans Soriam & Almazantum, cædes & incendia exercebat. Ex illa parte contra Toletum Rex Almodum, dictus Juceph, anno secundo obsedit Toletum, deinde Majeritum, & Alcalam, Optam, & Concham, & Uclesium: & deinde per Alcaratum est reversus, vastatis omnibus & destructis, quæ extra murorum ambitum sunt inventa. Rex autem nobilis Aldefonsus, fœderato sibi fideli amico Petro Rege, qui in Aragonia tunc regnabat, terram ingressus est Legionis, & obtinuit plura castra, scilicet Bollanos, Vallem Arearum, Castrum viride, Cojancam, (quæ mutato no-

1 Viderium. 2 Et. 3 Alia.
4 Bollandus, aut Ballandus.

quam salvari. Obtinuit etiam Agarenus post prælium quædam castra. Hoc est bellum Alarcuris; quod fuit æra millesima ducentesima trigesima tertia, quindecimo Kalendas Augusti, sedente Caestino Papa tertio.

mine Valentia nuncupatur) Carpium & Paradinas. Et plurimis prædis actis, & cædibus perpetratis, effugatis etiam Agarenis, quos Rex Legionis secum duxerat, ambo ad propria redierunt. Tertio autem anno Rex Almodum, de quo diximus, iterum veniens obsedit Toletum, & Maquelam, & Talaveram; sed nullam earum potuit obtinere. Evertit tamen Sanctam Eulaliam, & alia loca, quæ munitione carebant: & inde procedens cepit Placentiam, Sanctam Crucem, Montem Angii, & Turgellum: & inde cum fastu & superbia ad propria est reversus. Tunc temporis Rex Castellæ & Rex Aragonum juxta Abulam in monte Palumbaria morabantur. Reverso autem Agareno ad propria ex monte Palumbaria, ambo Reges contra Regem Legionis pariter processerunt, & obtinuerunt Castrum Legionis, & Ardon, & Castrum Gundisalvi, & Castrum terræ, & Albam de Aliste, & usque ad Astoricam cuncta cædibus & incendio vastaverunt. Et inde per partes Alviæ & Salamanticæ venientes omnia exterminio consumerunt, & Montem regalem castrum nobile occuparunt; deinde ad propria remearunt. Sed Rex nobilis Aldefonsus dignum judicans furori cedere venienti, ad tempus cum Rege Arabum fecit treguam, ut posset tutius vicinis Regibus obviare.

CA-

5 Maquelam. 6 Qui Palumbaria dicitur.
7 Palumbaria.

CAPUT XXXI.

QUOD REX ALDEFONSUS NOBILIS
dedit filiam suam in uxorem Regi Legionensi.

Cumque proponeret Regem Legionis truciori dispendio infestare, quidam guerræ periculum pavescentes familiari consilio procurarunt, ut Rex Legionensis peteret a Rege Castellæ filiam suam Berengariam in uxorem. Et licet Rex nobilis hoc respueret, eo quod ipse & Rex Legionensis consanguinitatis linea essent vincti, Alienor Regina, uxor nobilis Aldefonsi, cum esset prudentissima, sagaci providentia & solerter rerum pericula attendebat, quibus per conjunctionem

hujusmodi poterat obviare: & Regi Legionis Vallem Oleti cum suis magnatibus venienti dedit prædictam filiam in uxorem, & propter nuptias datis donationibus, quæ tantæ dominæ competeabant, & nuptiis solemniter celebratis, traduxit eam in regnum suum. Rex autem Castellæ nobilis Aldefonsus omnia, quæ abstulerat, nunc genero, olim hosti, dedit filæ suæ nuptæ. Et sic, pace quasi cum filio reformata, a vastationibus quieturunt.

CAPUT XXXII.

DE CAPTIONE VICTORIAE, & GUIPUZCHUAE,
& Ibidæ.

Post hoc Rex nobilis Aldefonsus volens Regis Navarrae injurias vindicare, cum Rege Aragonum fideli amico congregavit exercitum in Navarram, & obtinuerunt Ruchoniam & Ajuare, quæ Regi Aragonum provenerunt. Obtinuerunt etiam Inzuram & Mirandam, quæ Regi nobili remanserunt. Et sic uterque Regum, patris variis vastationibus, ad propria est reversus. Iterum autem Rex Castellæ nobilis Aldefonsus cepit Ibi-dam & Alabam infestare, & obsidione diutina Victoriæ impugnavit. Interim autem Sancius Rex Navarrae fortis viribus, armis strenuus, sed voluntate propria obstinatus, regno discrimini derelicto, cum paucis magnatibus migrationis comitibus ad Arabes transmigravit, & eis aliquandiu commorans nuntios, quos ad Miramontem Transtyrrenum transmiserat,

exspectavit. Quibus pecuniis & donaria reducentibus, Rex nihilominus deductionis causa peragrans Arabum civitates, & in eorum patria morabatur. Interim autem obsessi Victoriæ pugnis & laboribus fatigati, & defectu victualium macerati, in deditio-nis periculum inciderunt. Sed venerabilis Garsias Pamplionensis Episcopus libertatis studio gratiosus, cum famis periculum comperisset, ad Regem Sancium in terram Arabum cum obsessorum aliquo festinavit, qui rei exposita veritate, a Rege obtinuit, ut Regi Castellæ Victoriæ traderetur. Qui rediens tempore constituto cum eo milire, & quoniam obsessi Victoriæ destinarant, Regis Sancii mandatum exposuit, ut Regi Castellæ Victoriæ traderetur. Obtinuit itaque Rex nobilis Aldefonsus Victoriæ, Ibidam, Alabam, & Guipuscum, & earum terrarum

1 Guipuzcoa. 2 Alburque.

3 Forte quem. 4 Redderetur.

rarum munitiones & castra, præter Trevenium, quod fuit postea commutatione ¹ Inzuræ sibi. Mirandam etiam dedit commutatione simili pro Portella. Sanctum Sebastianum, Fontem ² Raptum [³ Beloagam], ⁴ Zeguitgui, Aircorroz, ⁵ Asluceam,

⁶ Arzorociam, ⁷ Victoriam veterem, ⁸ Maranionem, Aussam, Athavit, Iruritam & Sanctum Vincentium, adquisivit. Verum Rex Navarræ reddidit onustus muneribus Agarenis, sed exoneratus prædictis omnibus & honore.

CAPIT XXXIII.

DE DISCIDIO DIDACI LUPI, ET OBSIDIONE
Castellæ, & ædificatione monasterii regalis.

His igitur consummatis, Didacus Lupi Biscagiæ dominus, qui inter omnes magnates Hispaniæ præcipuus habebatur, a voluntate Regis nobilis familiari discidio discordavit. Unde feuda, quæ tenebat, restituens, ad Regem se transtulit Navarrorum, indeque bellis & incursionibus frequenter insistens, damna plurima intulit Castellanis. Sed Rex nobilis Aldefonsus injuriarum impatiens, ascito sibi genero suo Rege Legionis, fines ingressus est Navarrorum. Cumque Stellam nobilissimum ⁹ oppidum obsedissent, Didacus Lupi ex Biscagiâ, qui erat in oppido cum multis Castellanis nobilibus impugnantibus, restitit violenter, & inter obices vinearum intercesserunt cædes & pericula præliorum. Sed quia oppidum sui munitione vires impugnantium minorabat, nec spes victoriæ animos protrahebat, Reges ab obsidione oppidi recesserunt,

& vastatione in circuitu damno-
sa incolis consummata, Reges ad propria redierunt. Postea autem inter Regem Castellæ, & Regem Navarræ, & Regem Legionis tregua per interval-
lum temporis intervenit. Rex enim nobilis Aldefonsus bellum de Alarcu-
ris corde altissimo reponebat. Sed ut altissimo complaceret, prope Burgis ad instantiam serenissimæ uxoris suæ Alienor Reginæ monasterium domi-
narum Cisterciensis ordinis ædificavit, & nobilissimis fabricis exaltavit, & multis redditibus & possessionibus variis sic dotavit, ut virgines sanctæ Deo dicatæ, quæ ibi die ac nocte laudabiliter Deo psallunt, nec inopiam sentiant, nec defectum, sed structis claustris & ecclesiis, & cæteris ædificiis ¹⁰ regulariter consummatis, expertes solitudinis in contemplatione & laudibus jugiter delectentur.

CAPUT XXXIV.

DE CONSTRUCTIONE HOSPITALIS,
& institutione scholarum, & acquisitione Vasconie.

Construxit etiam hospitale juxta monasterium ædificiis & domibus mirabiliter decoratum, quod tantis divi-

¹ Incure. Incure vet. cod. legit. Incure, ignoro an bene ² Rapidam.
³ Non legitur in codice scripto. ⁴ Zeguitgui.

tiis dilatavit, ut omnibus peregrinis, nullo patiente repulsam, omnibus horis diei necessaria ministrarentur; & omnibus

⁵ Asluceam. ⁶ Aircorroz. ⁷ Victoriam veterem. ⁸ Maranionem. ⁹ Oppidum Navarrorum virtute maxima obseditur. ¹⁰ Regulariter.

nibus volentibus pernoctare lecti mirabilis apparatus continue præparentur. Infirmis autem usque ad mortem, vel restitutionem pristinæ sanitatis, per manus mulierum misericordium & virorum omnia necessaria erogantur, adeo ut opera pietatis in eodem hospitali quasi in speculo possit quilibet contemplari. Et qui in vita propter excellentiam operum ab omnibus meruit collaudari, post mortem multiplicatis intercessoribus merebitur a Domino coronari. Sed ne fasciis charismatum, quæ in eum a Sancto Spiritu confluerunt, virtute aliqua fraudaretur, sapientes a Galliis & Italia convocavit, ut sapientiæ disciplina a regno suo numquam abesset, & magistratos omnium facultatum Palentiæ ¹ congre-

gavit, quibus & magna stipendia est largitus, ut omni studium cupienti quasi manna aliquando in os influeret sapientia cujuslibet facultatis. Et licet hoc fuit studium interruptum, tamen per Dei gratiam adhuc durat. Et postquam fere totam Vasconiam præter Burdegalam, Regulam & Vajoniam suæ subderat ditioni, finito termino treguarum, quas cum Amiramomenino ad tempus inierat, postquam ² & Mojam populaverat, idem Rex nobilis pro fide Christi mori desiderans, præteritum dedecus, licet prudenter, non tamen æquanimiter tolerabat. Et quia semper magnalibus inhiabat, noluit treguam ulterius protelari, sed strenuitatis proposito, & zelo fidei animatus in nomine Domini movit guerram.

CAPUT XXXV.

DE CAPTIONE SALVAETERRÆ.

Quare nuntiis incipientibus inchoata est pugna inter Regem nobilem & Agarenos. Post ⁴ vastationem autem aliquam factam a nostris in terra Beatæ, Endugari, & ⁵ Gieminii, filius prædicti Regis Agarenorum Mahomat nomine, collecto gentium suarum exercitu, castrametatus est in circuitu Salvæterræ. Cumque eam fere tribus mensibus obsedis-
set, diversisque machinis impugnasset, multis de iis, qui erant in castris, occisis, plerisque vulneratis, turribus & muro fere dirutis, de obses-
sis pluribus siti & impugnationibus interentis, ad ultimum castrum occupatum est in opprobrium fidei Christianæ ara millesima ducentesima quadragesima ⁶ octava, mense Septem-

beri. Castrum illud castrum salutis, & deperditio ejus ademptio gloriæ. Super ipsum steverunt populi, & solverunt vincula brachiorum. Zelus illius excitavit omnes, & fama ejus conserpsit plurimos. In auditu ejus surrexerunt juvenes, & in zelo ejus amaricati sunt senes: dolor illius ad gentes exteras, & compassio ejus ad amulantes. Eo tempore Aldefonsus nobilis exercitum suum congregaverat circa confinia Talaveræ, & cum vellet dubiæ sorti belli se committere, præcipue ad instantiam filii sui primogeniti Fernandi, maturiori usus consilio mandavit in sequentem annum belli dubia prorogari: utilior est enim dilata oportunitas, quam audaciæ præceps temeritas.

¹ Collocavit. ² Eriam Mojam populavit.
³ Præsentibus autem incipit.

⁴ Præteritum autem alijque factis.
⁵ Gieminii vet. cod. ⁶ Nona vet. cod.